

collegio verba faciente actum Appio Claudio Q. Caecilio
 consulibus, ea<n>demque post annum tertium a Lucio
 Lentulo retractatam C. Laelio Q. Servilio consulibus, sed
 utroque tempore vicisse gratiam Marcii Regis; atque ita
 in Capitolium esse aquam perductam. concipitur Marcia 5
 via Valeria ad miliarium tricesimum sextum deverticulo
 euntibus ab urbe Roma dextrosus milium passuum trium,
 Sublacensi autem, quae sub Nerone principe primum
 strata est, ad miliarium tricesimum octavum sinistrosus
 intra <spatium> passuum ducentorum.† fontin sub 10
 buspetrei stat in<mobilis> stagni mo<do> colore
 praeviridi. ductus eius habet longitudinem a capite ad
 urbem passuum sexaginta milium et mille septingento-
 rum decem et semis: rivo subterraneo passuum quinqu-
 ginta quattuor milium ducentorum quadraginta septem 15
 semis, opere supra terram passuum septem milium qua-
 dringentorum sexaginta trium: <ex> eo longius ab urbe
 pluribus locis p<e>r vallis opere arcuato passuum qua-
 dringentorum sexaginta trium, propius urbem a septimo
 miliario substructione passuum quingentorum viginti 20
 octo, reliquo opere arcuato passuum sexs milium qua-
 dringentorum septuaginta duum.

8 Cn. Servilius Caepio et L. Cassius Longinus, qui Ra-
 villa adpellatus est, censores anno post urbem conditam
 sexcentesimo vicesimo septimo, M. Plautio Hypsaeo 25
 M. Fulvio Flacco cos. aquam quae vocatur Tepula ex
 agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credunt, Ro-
 mam et in Capitolium adducendam curaverunt. Tepula
 concipitur via Latina ad decimum miliarium deverticulo

1 collegio *Pighius* (cf. *Herm.* VI p. 248) collega C Q.] φ C
 2 eadēφ C 3 Q.] φ C 7 milium *ed. Argentor.* milia C
 10 spatium *add. Joc* fontin (7 litt. spat.) sub (3 litt. spat.)
 buspetrei (3 litt. spat.) statim (3 litt. spat.) stagnimo (2 litt. spat.)
 colore C (*em. Schul*) 17 ex *suppl. Pol]* duarum litt. spat. in C
 18 per *Buech* p. R. C 21 reliqua C sex. s. miliū C 23 Cn.]
 C. N. C 25 plautius C Hypsaeo M. *Buech* (*praeunte Sca-*
ligero) hypsaponi C 26 cōs. C 27 luculano C 29 XI *cod. Vat.*
 (*cf. Rocchi, Studi di stor. e dir.* 17 (1896) p. 125) deūticula C